Petr. Dan. *HUETIUS*, laudatur. III. 398. * IV. 9. & alibi. de canonicis v. t. libris. II. 89. 101. 96. * II. 108. 124. * s. de apocryphis. II. 159. * 162. 168. 175. * de platonicis. I. 210. * scepticismi fautor. XII 217. * eius tract. de imbellicitate humani ingenii. ib.
Card. *HUMBERTUS*, sec. XI. laudatur. X. 38. * notatur. X. 255. improbat commistionem elementorum evcharisticorum. 104. * ritum præsanctificatorum. X. 111. * 327. d eius partes in controversia de azymis. X. 33. *
HUMICUBATIO in poenitentia. VI. 4.
HUMILITAS principum. XIV. 3. hypocritica vitanda. VI. 163.
F. *HUMMELIUS*, laud. V. 309. *
HUNGERUS, de infantibus, ante baptismum mortuis. IX. 280.
R. *HUNNA*. III. 35. 286. b
Nic. *HUNNIUS*, laud IV. 48 *
Aeg. *HUNNIUS*, de s. coena. X. 4. b 84. 289. de Lutheri reformatione. XII. 137. de s. scriptura. II. 184. 216 b
Henr. *HUNTINGD.* de cælibatus introductione apud clericos Anglos. XIII. 169. *
Christ *HUNOLDUS*, not. V. 271. *
Gord. *HUNTLÆUS*, scr. pontif. de textu n. t. corrupto II. 279. de vulgatæ auctoritate. 237. de clausula orationis dominicæ. 282 b
Jo. *HUSSUS* in concilio constantiensi damnatus. XIV. 68. salvi conductus, ei dati vis & formula. 66. * 68 illegitima violatio male excusatur. 67. * eius fata & placita. XI. 265. * sent. de papa Romano. 317 vaticinium de Luthero. XII. 138 139. carmen de Husso. 138 *
HUSSITÆ XI. 264. * puerulis præbuerunt evcharistiam. X. 287. diem extremum designant. XIX. 104.
Leonh. *HUTTERUS*. de punctis vocalibus. II. 274. de iustificatione gratuita. VII. 199 b. de bonorum operum necessitate. VIII. 22.

Hy

HYACINTHUS, gemma. XX. 318.
HYBRIDÆ. XIII. 299. b
Thom. *HYDIUS*, de religione persarum. I. 162. 163.
HYDRIA. XVII. 76. b
HYDROPARASTATÆ. (vel aquarii sec. II. & III.) X. 27. * XI. 370. coniugio inimici. XV. 61. b
HYGINUS, sec. II. susceptorum usum instituit. IX. 313. b chrisma introduxit, X. 245.
HYMENÆUS & Alexander. VIII. 186. *
HYMENÆUS & Philetus, resurrectionem iam factam docuerunt. XVIII. 362. b.
HYMNUS, evcharisticus. X. 438.
HYMNI: salve regina, auctor. XVIII. 177.
ὑπαξις, in mysterio Trinitatis. III. 250.
HYPERBOREORUM sepultura. XVII. 83. b
HYPERDULIA. XVIII. 102. 103.

Hy

Andr. *HYPERIUS*, de allegoriis. I. 70 de beneficia Dei voluntate. IV. 168. b
HYPOCRISIS antichristi. XII. 68. b Jesuitarum. 87.
HYPOCRITÆ, non sunt vera ecclesiæ membra. XI. 54. 57. b cur fructum sacramenti non percipiant. VI. 251. IX. 304.
HYPOSTASIS vocis vis & origo. I. 103. 104. III. 244. 248. in mysterio incarnationis, quid significet. III. 438. s. quo sensu usurpetur Ebr. I. 3. III. 244. quomodo ab οὐσια distinguatur. 438. s. an opponatur divinis attributis. ib. λογῳ συνθετος. I. 344. 345. carni communicata. III. 427. s. non realiter differt a personali proprietate. I. 375 b apud patres denotat personam & essentiam. III. 249.
HYRCANORUM canes sepulcrales. XIV. 82. XVII. 83.

Ja

Paul. Ernst. *JABLONSKY*, laudatur. IV. 19.
JACOBI patriarchæ peregrinatio. XVII. 118. error in sponsa. XV. 112. coniugium. XV. 89. 297. 298. preces ad angelum Salvatorem. XVIII. 203. s. victoria. XIV. 248. sepultura in terra Canaan. XVII. 129. desiderium, spei plenum. ib.
JACOBUS minor, apostolus. epist. Hieros. II. 226. * epistolæ ab eo scriptæ auctoritas in dubitationem ducta. II. 222. s. 226. s. 245. adserta. 224. VII 251. sententia de fide & iustificatione cum Pauli doctrina comparata. VII. 252. s. VIII. 75. quo tempore conscripta sit. II. 226. *

Ja

JACOBITÆ (sec. VI.) IV. 33. negarunt Dei veritatem. III. 208. b baptismatis loco, figuram crucis inurebant frontibus. IX. 126.
Jo. *JACKSON*, Whistoni causam defendit. III. 342. b
Is. *JACQUELOTUS*, laud. I. 160. b
Jo. Wolfg. *JÆGER*, laud. II. 357. * VI. 96. * eius sent. de fundamento iuris principum circa sacra. XIV. 400. *
JAIRI filia, a Christo excitata. XVIII. 345. XIX. 96.
JAMBLICHUS de Dei cognitione. III. 52. de essentia Dei I. 103.
JANITRICES. XV. 246.
JANNES & *JAMBRES*. II. 321. b
Corn. *JANSENIUS*, laudatur. IV. 76. de Eliæ reditu. II. 169. statum purorum naturalium profligavit. IV. 258. * cum Jesuitis contendit de contri-

tionis neceſſitate. VI. 358. ſ. eius ſectatores. ib.
JANSENISTÆ, meriti Chriſti vim circumſcribunt. IV. 127. b defendunt contritionis neceſſitatem. VI. 558. ſ. a Clemente, p. R. damnati. 364. ſ.
Jo. Guil. *JANUS*. II. 137. *
R. Sal. *JARCHI*, de templo ſecundo. V. 228.
JASPIS XX 317. b
Steph. *JAVORSKII*: Lapis, ſeu petra fidei, liber obtrectationum in proteſtantes plenus. XIV. 189. ſententia de hæreticis, capitali ſupplicio adficiendis. XIV. 189. * refutationes. ib.
Guido Mich. le *JAY*. II. 398. *
IBAS EDESSENUS ſec. V. cauſæ Neſtorianæ patronus. IV. 27. *
Conr. *ICKENIUS* laud. IX. 28. 40. * V. 331. *
ICONIUM, urbs. II. 64.
ICONOCLASIA. V. 264. 282. *
IDACIUS, ep. Luſit ſec. IV. priſcillianiſtarum hæreſin contudit. IV. 14.
IDEÆ in mente divina. IV. 65.
IDEA DOMINI, modus revelationis. II. 18. b
IDIOMATA. III. 466. divinæ & humanæ naturæ. ib perſonalia & eſſentialia 538. b divina, an & quomodo naturæ Chriſti humanæ communicata. I. 348. 372. ſ. III. 466. ſ. IV. 34. ſ. v. communicatio. eorum uſus in Chriſto homine exinanito. IV. 61. ſ.
Ἰδιοποίησις. III. 478. b
IDOLOLATRIA. XVIII. 100. 102. 145. ſ. eius ſpecies. V. 264. grave delictum & pœnæ. VI. 83. XIV. 219 220. ſ. exempla biblica. V. 285. definitio. 275. eſt interna & externa. XIV. 221. b. an committatur per cultum imaginum. V. 269. ſ. qualis fuerit Abrahami tempore. XI. 125. Iſraëlitarum. XI. 111. ſ. in Aegypto 125. Baalitica. 126. eccleſiæ pontificiæ exprobrata. XII. 38. a Deo prohibita. V. 225. 256. a magiſtratu abolenda. XIV. 48.
IDOLOLATRICA convivia, chriſtianis vetita. VI. 64. *
de *IDOLOTHYTIS* præceptum. VI. 154.
IDOLUM, quid. V. 258. 269. eius diſcrimen ab imagine. 274.
JEHOVAH. III. 4. ſ. vocis etymologia. II. 5 vis. III. 5 * 6. I. 98. ſ. veſtigia apud gentiles. III. 6. 7. adpellatio, ſcriptio, pronunciatio. 16. ſ. origo. 17. b expoſitio cabbaliſtica. ib. myſtica. 19. ſ. 224. b differentia a voce Jeſu. 349. b utrum nomen ſit an verbum. III. 5 * an tetragrammatum. 32. b an Dei proprium. 21. ſ. filio Dei tribuitur. I. 228. nunquam vero rebus creatis. 230. b. III. 31.
JEHOVAH de Jehovah quomodo loquatur. III. 314.
Joach. Chr. *JEHRINGII*, hiſtoria Mennonitarum. IX. 230. *
JEIUNIUM ante uſum ſ. coenæ. X. 411. 412. dolentium. VI. 254. quadrageſimale non fuit in priſca eccleſia. XI. 334. b eius exercitium pium. 345. leges, a Montano ortæ. 344. 360 *
JENENSES theologi, cryptocalviniſmi cenſores. IV. 42. * eorum controverſia de ordinatione. XII. 163. *
JENICHEN, de conſenſu tutorum in ſponſalibus. XVI. 315. ſ.
JEPHTÆ votum. XVI. 29. ſ. * utrum filiam morti, an virginitati deſtinaverit. ib.
JEREMIÆ vatis, nomen, ætas, vita, obitus, prophetia. II. 122. * mors a Victorino in dubium vocata XVII. 57. 58. an ignem ſacrum & arcam abſconderit. II. 178 an auctor ſit libri chronicorum. 100. *
JEREMIÆ, patr. conſtantinop. literæ. X. 75. de ſpiritus S. proceſſione. I. 330. b
JEROBOAM, XI. 127. eius cultus idololatricus. XVII 130 b
JESUATORUM ordo. III. 358.
JESUITÆ. XII. 18. a Jeſu familiam ſuam temere denominant. III. 357. ſ. auctores ſeditionum. XII. 45. 46. pariſi-

ricidiorum. 83. f. adverſus pacem religioſam iniurii. XIV. 58. laxi morum præceptores. VI. 355. eorum catechiſmus. XII. 45. 46. * mores. 80. f. iactantia. ib. hypocriſis. 81. b. luxuries. 82. fraudes & periuria. ib. & 42. avaritia. 85. odium adverſus alios monachorum ordines. 18. b ingenium igneum. XIV. 186. tyrannis in convertendo. XI. 282. methodus perverſa in propaganda religione. 283. f. dubiæ narrationes de miraculis ſui ordinis hominum. XII. 119. 125. 126. doxologia. XVIII. 180. diſciplina politica. V. 347. 348. doctrina laxior de poenitentia. VI. 354. f. 303. 369. 370. ſcripta iis oppoſita ib. & 358. 362. * apologetica. 362. * Innocentii XI. p. R. VI. 363. 370. & Sorbonæ adverſus eos iudicium. XII. 85. Irenæi dictum, iis adcommodatum. XI. 223. 365. ſcientiam Dei mediam propugnant. I. 171. b. realem divinorum idiomatum in Chriſto communicationem infringunt. IV. 57. Thomæ placita de ſatisfactione Chriſti ſecuti. IV. 125. 126. * pervertunt doctrinam de ſtatibus Chriſti. III. 574. ſermonem æquivocum tuentur. V. 346. 347. * attritionis propugnant ſufficientiam. VI. 355. quomodo in eorum litibus ſe geſſerint antiſtites Romani. 363. pontifici Rom. abſolutam tribuunt poteſtatem. XIII. 21. eius infallibilitatem ad res facti extendunt. XI. 180 hæreticis fidem negant ſervandam. XIV. 68. capitalia adſignant ſupplicia. 276. tyrannum ex hæreſi æſtimant. 372. eorum præcepta dogmatica. v. pontificii. calumniæ in Lutherum & Lutheranos v. Bellarminus. Lutherus.

JESUITÆ cuiusdam moribundi deſperatio XII. 158. 159.

JESUITICA theologia. XII. 19. b

JESUITISMUS. III. 559. b

JESU NOMEN. I. 343. III. 347. eius etymologia & vis. III. 247. f. * Judæorum in illud odium. 348. b an

derivandum ſit a יהוה 349. * an recte ſcribatur Jheſus. 350. quomodo ex ebræo formetur græcum & latinum. ib. an in v. t. Meſſiæ attributum. 351. an olim gentilibus etiam cognitum, ib. cur Zach. IX. 9. in ſignif. paſſiva adhibeatur. 352. ſolatium in hoc nomine poſitum. ib. aliis hominibus v. t. diſpari ſenſu tribuitur. 356. f. inique uſurpatur a Jeſuitis & aliis. 357. f.

JESUS Nazarenus verus Meſſias. IV. 7. f. v. Chriſtus.

IGNATII animus promtus ad moriendum pro religione. XIV. 360. reliquiæ. XVII. 131. 134. *epiſtolæ*, an genuinæ. IV. 116. * longiores interpolatæ. III. 330. quædam falſæ. 216. * epiſtola ad Philadelphenos. XIII. 158. * teſtimonium de apoſtolis coniugatis ſollicitatum. ib. de Trinitate. III. 273. b de Chriſti Deitate. I. 122. 281. b de unione perſonali. I. 345. b locus de euchariſtia. X. 177. * v. patres.

IGNIS, varii ſignificatus. XVII. 297. 303. f. 307. 308. imago Trinitatis. III. 223. b. ſymbolum conditionis peccatorum. XIV. 224. 225. conſumens Deus. XX. 489. Hieroſolymitanus, ſub terra adſervatus, imago reſurrectionis. XVIII. 351 facer, Maccabæorum tempore abſconditus. II. 178. Sinaiticus, præſentiæ divinæ ſymbolum V. 234. iræ divinæ. XX. 153. 181. f. elementum, an perpetuum. XX. 50. inſtrumentum *mundi deſtruendi*. XVII. 10. XX. 36. f. ab infernali non differre videtur. XX. 43 b quæſtiones ſcholaſticæ de eius natura XX. 37. 50. origine. 38 b. effectu, utrum ſit purgatio rerum, an annihilatio. 39. duratione. 41. b. *martyrii*. XVII. 278. *emendatorius* Auguſtini. 277. patrum diſcrepat a pontificio. 337. *purgatorii*. ſecundum pontificios. XVII. 260. f. 305. 252. variæ de eo ſententiæ. ib. limbi infantum. XVII. 188. b infernalis. XX. 154. 185. 103. 211. f. 246. f. nunquam exſtinguendus.

dus. 225. eius discrimen a vulgari. 211. 212. vis urendi 214. an corpus & animam simul, vel alterutram partem adficiat. 210. f. 248. 249. an sit materialis. 247. f.
IGNOMINIA damnatorum. XX. 217. 218.
IGNORANTIA in peccando. V. 11. Christi. I. 249. 250.
ILLOCALITAS corporum glorificatorum. XX. 339. a Calvinianis oppugnata. 514.
ILLUMINATIO divina Sp. S. VII. 25. eius necessitas ad interpretationem s. scripturæ I. 51. II. 340. f. non arguit scripturæ obscuritatem. I. 52. modus ib.
IMAGO & similitudo, idem an diversum notent. IV. 240 f. quomodo differat ab idolo. V. 274. a vestigio. I. 209.
IMAGO Dei in primo homine IV. 237. f. v. ind. gen. Loc. IX. variæ de ea sententiæ. 242. f. eius notio scripturaria. 245. f. materiale & formale. 247. consequens, immortalitas. 268. XVII. 50. an donum sit *supernaturale*, in utramque partem disputatur. IV. 252. f. an ipsa hominis substantia fuerit. 267. an etiam in *corpore* quærenda. 271. an adhuc in homine *integra*. 291. f. per lapsum amissa. 289. f. quo sensu reliqua dicatur a veteribus. XI. 337. eius reliquiæ. IV. 292. b perfecta restitutio in vita æterna. XX. 404. f.
IMAGO patris, cur dicatur Dei filius. I 286. III. 244. f. 246.
IMAGINES, sæpe verarum rerum nomina habent in s. f. XVII. 199.
IMAGINUM variæ species. V. 264. *usus* in locis sacris. 277. * an simpliciter prohibitus. 258 f. quousque licitus. 265. in vet. ecclesia. XI. 353. *cultus*, priscæ ecclesiæ ignotus. 334. b ex gentilismo. 357. conciliorum de eo. decreta. 353. prohibitus. V. 241. f. 257. 267. defensus. 268. apud pontificios ib & XVIII. 177. *miracula* conficta. V. 291.
IMAGINES divinitatis, an concessæ. III. 95. * V. 257. 261. f. 281. sanctorum. V. 203. XVIII. 177.
IMMANUEL, Christi adpellatio. III. 362. 368.
IMMATERIALITAS animæ. XVII. 156. * 157. ex gen. II. 7. probata. 151. 152. * eius oppugnatores 161. *
IMMENSITAS, late & stricte dicta. III. 122. *Dei* quomodo intelligenda. ib. probatur. 123. f. anthithesis 125.
IMMERSIONIS ritus in baptismo. IX. 144. * f. non est necessarius. ib. & X. 291. quid significet. IX. 146.
IMMORTALE, quotuplici sensu dicatur. XVII 43. b. 46. 50. absolute & dependenter. 150.
IMMORTALITAS Dei, angelorum, beatorum, primi hominis, quomodo differat. XVII. 43. 44 *Dei*. I. 124. 125. III. 115. f. usus doctrinæ de ea III. 117. *Christi*. I. 246. IV. 74 *spiritus sancti*. I. 309. *primi hominis* ante lapsum. IV. 268. f. XVII. 40. f. XX. 425. adserta adversus Socinianos. ib. non fuit donum supernaturale. IV. 269. *animæ*. XVII. 150. f. ostenditur ex dicto Servatoris (Matth. X. 28.) ib. ex animæ & corporis discrimine. ib. ex animæ creatione. (Gen. II. 7.) 151. * 152. ex dicto Christi (Matth. XXII.) 152. ex mortis periphrasi scripturaria. 155. ex animarum post mortem statu. ib. e Mosis adparitione. 156. argumentorum *philosophicorum* pro im. an. nexus, classes & probandi vis. XVII. 156. 157. * an ex lumine naturæ cognosci possit. 157. f. scripta de hoc argumento. 158. * gentilium philosophorum sententiæ dubiæ. 159. 160. patrum dicta. 160. f. antithesis & index negantium. 161. f. solutio argumentorum contrariorum, ex sacris literis. 166. 166 f. ex animæ natura. 169. f. *corporis* an per fidem impetrari possit. XIX. 102. an medica arte. 103. *corporum resuscitatorum*. 38. f. 56. damnatorum. XX. 185.

185. 233. f. 425. b. glorificatorum. 425. f.
IMMVNDITIES levitica. VI. 66. XIII. 109. *
IMMUNITAS, vel in perſonis, vel in fortunis. clericorum. XIV. 315. f. XI. 33. f. v. clerici
IMMUTABILITAS Dei. I. 122. f. III. 110. f. creationis opere non tollitur. I. 109. 124. III. 113. nec incarnatione filii. I. 110. an conveniat cum voluntate antecedente & conſequente. III. 112 b an cum poenitentia. 113. an cum operibus divinis. ib. an cum prædictionum eventu. 114. b an cum libertate voluntatis. 115. *Chriſti*. I. 244. f. *ſpiritus ſancti*. I. 308.
IMMUTATIO viventium die noviſſimo. XVII. 57. XIX. 75. f.
IMPANATIO. X. 165. * eius auctores & patroni. ib.
IMPASSIBILE, proprie & improprie. XX 428. b.
IMPASSIBILITAS corporum glorificatorum. XX. 427. f. quæſtiones de ea. 402. f.
IMPERATORES. poteſtatis ſuæ auctorem Deum agnoſcunt. XIII. 282. 283. veterum chriſtianorum auctoritas in ſacris moderandis. XIV. 390. f. 393. f. adverſus pontificem Rom. vindicata. 395. XIII. 282. 283. in clericos & ipſos pontifices exercita. 328. 329. ab ipſis epiſcopis Rom. agnita. ib. in electionibus epiſcoporum. XII 103. 104. conamina, pontificis tyrannidem depellendi. XI. 266. 267. XIII. 130. f. 282. b obligatio ad leges ſervandas. XIII. 292. ad eccleſiam defendendam. XIV. 93 Germanicorum poteſtas reſcripta. XIV 314. 315.
IMPERATORUM leges eccleſiaſticæ XIV. 42 *conſtitutiones* 78. v. ius civile. adverſus Manichæos. I. 164. 165. adverſus repetitionem baptiſmi. IX. 295. adverſus arrogantiam pontificis. XIII. 130. 131. 281. b adverſus hæreticos XIV. 213. 220. f. mendicos. XIV. 93. adverſus cælibatum. XVI. 6. 7. de

clericorum iurisdictione & immunitate. XIV. 327. 328. 334. de gradibus prohibitis. XV. 288. 317. de divortio XVI. 143. b. 285. de facultate feminarum, adulterum repudiandi. XVI. 198. de nuptiis ſecundis. XV. 180. 181. 190.
IMPERII leges ſervandæ. XIII. 292. orientalis & occidentalis deminutio. XII. 164. *politici* adminiſtratio minus convenit miniſtris eccleſiæ. XIII. 121. f. initia. an a violenta hominum oppreſſione ſint derivanda. 257. f. v. magiſtratus.
IMPIETAS. (v. infidelitas.) inferni cogitatione profligandæ. XX. 277.
IMPII. XIV. 293. * manifeſte tales, honeſta ſepultura indigni. XVII. 97. f. igni in fine mundi obnoxii. XX. 43. extremo die iudicandi. XIX. 183. f. 200. 204. f. 218. damnandi. XX. 263. f. eorum varia genera. 264. 265. *reſurrectio* non ex merito Chriſti, ſed ex decreto iuſtitiæ divinæ provenit. XIX. 12. f. certa. 19. f. a Judæis & Photinianis negata. 62. f. proſperitas in hac vita. IV. 131.
IMPLETIO omnium per Chriſtum. III. 512. legis. v. lex.
IMPOSSIBILIA naturæ & natura. III. 154. neminem obligant. V. 377. an divina potentia effici poſſint. I. 132. f. 142. 154.
IMPOTENTIA in matrimonio, quotuplex. XVI. 239. f. præcedens, vera, perpetua, incurabilis, alteri parti incognita, ſolvit matrimonium. 240. f. ſuperveniens, non ſolvit. 261. 262. an in caſu impotentiæ *maleficialis* medicamentis ſit utendum. 241. aff. an ſoluto propter imp. matrimonio. novæ nuptiæ coniugibus concedendæ. 241. f. an mulier, impotenti nupta, poſſit eius conſanguineo iungi. neg. 242.
IMPUBERES, voto continentiæ non idonei. XVI. 67. eorum deſponſatio. XV. 134. 156.
IMPUTARE, quid ſignificet. VII. 301.

In

IMPUTATIO, generatim ſpectata. VII. 327. * ſecundum debitum & gratiam 262. eius modus φερητικος & δεκτικος. 260. * modi varii, a Socino adducti 831. peccati Adæ & iuſtitiæ Chriſti. 12. 26. 68. 265. 306. *iuſtitiæ Chriſti* an differat a remiſſione peccatorum. 260. fit per fidem. IX. 266. (v. iuſtificati. fides) eius veritas. VII. 17. 302. * 327. ſ. neceſſitas. 305. poſſibilitas 307. *peccatorum noſtrorum*, Chriſto facta, miſericordiam & iuſtitiam divinam demonſtrat. VII. 54.

INAUGURATIO imperantium. XIII. 292. 293. regum apud veteres populos, 294. 295.

INCARNATIO filii Dei. I. 246. ſ. III. 427. ſ. ſpiritus ſ. virtute facta. I. 343. divinæ naturæ non repugnat. 346. non infert mutationem in Deo. 110. quomodo tribuatur patri ſimul & ſpiritui ſancto. III. 413. cur per obumbrationem deſcribatur. 415. an fuerit neceſſaria. 420. an ſucceſſive facta. 421. an comparari poſſit cum induitione veſtis. 442. cur tam diu dilata. 446. b an facta fuiſſet, ſi peccatum non accidiſſet. 444. eius nexus cum officio Chriſti mediatorio. I. 367. III. 472. b myſterium ex nomine Jehovah. III. 20. finis. III. 443. uſus practicus 446 ſ.

INCESTUS (Inceſtæ nuptiæ.) XV. 253. ſ. XVI. 2. (v. gradus prohibiti.) legi naturæ adverſus. XV. 289. item, gentium legibus 290. 291. Moſaica lege prohibitus. 251. ſ. ſponſalia dirimit. 157. eius exempla. 257. 261. ſ. 285. 289. ſ. apud Corinthios. 286. 287.

Molch. *INCHOFERUS*, ſec. II. 289. *

INCLINANDI vox, quo ſenſu ſumatur. IV. 121.

INCONTINENTIA XVI. 82. ſ. eius remedium. ib.

INCORRUPTICOLÆ. IV. 32. * 117. b

INCREDULITAS. v. infidelitas.

INDEPENDENTES, miniſterium eccleſiaſticum non agnoſcunt. XIV. 41. * in Anglia. XII. 193. * XIV. 373. * 377. 378. eorum opinio de regimine eccleſiaſtico. XIV. 377. 378. diverſæ factiones. ib

INDICIS librorum prohibitorum initia. 35. *

INDIA, chriſtianis abundans. XI. 277. b

INDORUM funera. XVII. 84. converſiones, a Jeſuitis ſuſceptæ, ſævæ & ineptæ. XI. 282. ſ. nec adeo copioſæ. 283. *

INDIGNI convivæ ſ. coenæ, corpus & ſanguinem Chriſti ſacramentaliter accipiunt. X. 328. ſ. contraria argumenta ſolvuntur. 410 ſ.

INDIGNI ab infirmis in fide diſtinguendi. X. 390. 391.

INDIGNITAS triplex in uſu ſ. coenæ. X. 390. *

INDIVIDUUM, non omne eſt perſona. I. 279. non idem eſt, quod incommunicabile. III. 253. b dupliciter accipitur. 410.

INDULGENTIÆ papales. VI. 327. ſ. XVII. 243. b in feſto corporis Chriſti, gravamina adverſus eas. VI. 331. ſ.

INDURATIO Pharaonis, Deo adſcripta, IV. 113. b 173. ſ. eius ſummus gradus. V. 79. ſ.

INEBRIARI bonis, quomodo dicantur beati. XX. 301. 302.

INEDIA miraculoſa. X. 206.

INESSE, quid dicatur. III. 535.

INEXISTENTIA triplex. I. 197.

INFALLIBILITAS, cum indefectibilitate coniuncta. XI. 175. * eccleſiæ. v. eccleſia. pontificis Rom. v. pontifex R. quæſtionis de ea momentum. XI. 134. * 142

INFAMES an ab uſu ſ. coenæ excludendi. X. 384. an magiſtratum capeſſere poſſint. XIII. 298. ſ.

INFANTES chriſtiani, quinam ſint. IX. 247. ſ. regenerationis capaces. 163. peccati labe infecti. IV. 322. IX. 230. 257. ſ. promiſſionem habent gratiæ. IX. 237. ſ. 265. 266. membra ſunt eccl.

In

ecclesiæ. IX. 239. XI. 260. baptismo initiandi. IX. 238. f. 245. v. pædobaptismus. ex *illicito concubitu* nati. IX. 238. f. & *expositi*, ad sacrum fontem admittendi. 255. *infidelium* etiam, qui in christianorum potestatem legitime veniunt. 249. 250. * iidem tamen parentibus non vi eripiendi. 251. *hæreticorum* invitis parentibus haud baptizandi. ib.

INFANTUM fides defenditur. IX. 245. f. 262. f. communis nostratium sententia, qua fides quidem vera & actualis at *directa*, non *reflexa* tribui solet parvulis. 273. f. 275. * adversis opponitur placitis & argumentis. 269. f. 275. alii defendunt *præsumtam*. 272. * alii *interpretandam*. 283. * comparatur cum fide adultorum. 271. f. 274. * 276. f. non adest ante baptismum. 279. * nec habitualis, nec aliena. 269. f. 275. * scripta de fide infantum. IX. 274. *

INFANTUM conditio & salus. IX. 237. f. non pendet ex parentum meritis. 252. 253. * baptizatorum. 267. 268. 238. f. *fidelium qui ante baptismum* nondum actu sunt in foedere gratiæ. VIII. 234. IX. 100. 102. 168. 256. nec tamen utut *sine baptismo moriantur*, damnandi. IV. 355. VIII. 244. f. IX. 264. * 282. f. 285. f. 288. 289. durior sententia Augustini aliorumque patrum. IX. 279. 280. * item Romanensium theologorum. 280. 281. 286. & nostratium quorundam. 282. * ante baptismum mortui, an extra coemeterium sepeliendi? neg. XVII. 149. an in iudicio comparituri. adf. XIX. 187. salus in v. t. II. 301. *Ebræorum*, ante circumcisionem mortuorum. IX. 16. 285. extra ecclesiam natorum. 285. gentilium. ib. & IV. 192. conditio in utero materno exstinctorum. IX. 284. an isti resurrecturi. XIX. 67. *limbus* ex opinione pontificia. XVII. 183. b. 188. f. resurgentium statura. XIX. 44. f. cædes. XII. 46. communicatio in vet. eccl. X. 507. ætas,

In

evchariſtiæ percipiendæ non idonea. X. 386. 387.

INFERI, unde dicti. XX. 141. 273. b Christum adorantes. XVII. 322. eorum reges. XX. 172. status. v. infernus

INFERNUS. (v. ind. gen. L. XXXI.) cf. damnati. doctrinæ de eo utilitas & necessitas. XX. 140. ordo in tractatione novissimorum. XVII. 12. 13. eius *adpellationes*. XX. 141. f. 175. 195. f. descriptiones. 151. *quod sit*, demonstratur ex s. scr. dictis. 152. f. ab exemplis damnatorum. 168. ex rationibus analogicis. 169. ex typis. 172. a nonnullis negatur. 173. 174. est *poenalis & localis*. 175. 176. consequens apostasiæ a Deo. 177. f. 187. & divini iudicii. 181. f. *locus*, quo tempore creatus. 186. an sit in centro terræ. 269. pontificiorum variæ de eo sententiæ. XVII. 262. f. XX. 267. *causæ*. XX. 186. 187. *materia ex qua*, frustra quæritur. 188. *forma* interna, poenæ damnatorum. 188. f. externa. 246. antithesis. 259. f. quæstiones de igne infernali. v. ignis. an vermes in eo sint corporei 252. f. an alia etiam supplicia corporis. 253. *causa finalis*. 261. 262. *obiectum*, diaboli & homines damnati. 263. 264. *subiectum*, anima & corpus damnatorum. 265. f. adiuncta. 267. f. cognata. 275. pugnantia. 275. b usus. 276. definitio. 281.

INFERNALIUM poenarum exempla & præludia. XX. 168. 169. *gravitas* ex intensiva atrocitate. 189. f. ex æternitate extensiva. 225. XVII. 229. (v. æternitas) *quantitas discreta*, sive multiplex varietas. XX. 195. f. specialis consideratio, quatenus sunt mala privativa. 200. f. positiva, eaque vel interna. 207. f. quoad animam. ib. & 215. f. quoad corpus. 210. f. vel externa, ex sociis & loco supplicii 221. f. *continuitas*. 223. 224. antithesis Judæorum. 224. quorundam e patribus. ib. acerbitas. 244. 245. ordo.

do. 256. gradus. 257. 258. descriptiones ex opinione gentilium. 171.
INFIDELES, quinam sint. XVI. 202. proprie sic dicti. XV. 370. an bello invadendi. XIV. 288. 289. an christianis matrimonio iungendi. XV. 371. f. XVI 202. an coniugium cum iis initum per se irritum sit. neg. XV. 377 f. eorum divortia voluntaria XVI. 203. f. mors spiritualis. XVII. 17. infantes, a baptismo non excludendi. IX. 250. occulti *in* ecclesia, non *de* ecclesia. XI. 79.
INFIDELITAS, primum hominis peccatum. IV 306 f. peccatorum fons. 309. causa damnationis. VIII. 24. f. XX. 181. 187. b. 264.
INFINITUM, diversimode accipitur. III. 117. 118.
INFINITA DEI NATURA. I. 825. 126. III. 117. f. Socinianorum, Arminianorum, Hobbesii & Cuperi de ea error notatur. I. 169. III. 119. an sit attributum mere negativum. III. 121. an solus Deus infinitus. ib. an omnimode infinitus. ib. usus practicus. ib.
INGENITUS, quo sensu dicatur spiritus S. I. 225.
INGRESSUS in congregationem Domini apud Ebræos. VI. 93. f.
INHÆRENTIA, an sit de essentia accidentis. X. 210. 211. *
INIMICITIA capitalis, an sponsalia solvat. XV. 159.
INIUSTITIA terretur cogitatione iudicii extremi. XIX. 310.
INNOCENTIÆ status an politico regimine inquietur. XIII. 240.
INNOCENTIUS I. p. R. sec. V. epistolam ad Ebræos canoni adscripsit. II. 213. * an intentionem ministri ad integritatem sacramenti postulaverit. VIII. 228 231. de Chrysostomi remotione iniusta queritur. XII. 179.
INNOCENTIUS III. p. R. (sec. XIII.) X. 200. 230. * XII. 71. b (v. concil. Later. IX.) scripturæ sacræ lectionem laicis interdixit. I. 35. * confessionem privatam iniunxit. VI. 293. * dissidium circa effectus baptismi incompositum reliquit. IX. 172. b an dogma de charactere indelebili constituerit. VIII. 314. * 320. in primo adfinitatis gradu dispensavit. XV. 276 b de divortiis aliter statuit, ac Coelestinus. XII. 85 eius sent. de iudicio extremo XIX. 311. 322.
INNOCENTIUS IV. p. R. (sec. XIII.) XIV. 263 b de matrimonio sacerdotum. XIII. 184.
INNOCENTIUS VIII. p. R. (sec. XV.) XII. 72. * Norvegis concessit, ut missæ sacrificium sine vino facerent. X. 115.
INNOCENTIUS XI. sec. XVII. p. R. placita quædam Jesuitica condemnat. VI. 363. 370.
INOBEDIENTIÆ adversus leges divinas peccatum. IV. 308.
INQUISITIO pontificia in hæreticos. XIV. 202. b *Hispanica*. XII. 59 XIV. 186. * 203. processum negligit. XIV 332. eius tyrannis. ib.
INQUISITORUM crudelitas & fraudes. XIV. 203.
INSABBATATI cur Waldenses ita dicti. XI. 264. *
INSECTA, resurrectionem indicantia. XVIII. 358. b
INSCRIPTIO in librum vitæ. IV. 158. *
INSCRIPTI in librum vitæ, an ex eo deleri possint. IV. 157 f.
INSPIRATIO divina. II. 249. ad simplicem pertinet modum revelationis. II. 19. *
INSTITUTIO sacramenti divina an recte distinguatur a præcepto. X 55. eius ritus ac status. ib. discrimen ab administratione primæva. 57.
INSUFFLATIO discipulorum Christi. X. 30.
INTELLECTUS & *voluntatis* distinctio scholastica. VII. 95. hominis post lapsum corruptus. V. 100. beatorum. XX. 406. f. 459.
INTENTIO actualis, virtualis, habitualis. VIII. 229. ministrorum, an ad perfectionem sacramenti requiratur. 222. f.

INTERCESSIO, alia ἱλασιχη, alia συναγωνισιχη. XVIII. 106. 116. b Christi generalis & specialis. IV. 183. efficax & propitiatoria. XVIII. 107. 116. *piorum viventium* XVIII. 113. 114 *sanctorum defunctorum* in genere admittitur. XVIII. 92. 192. 193. nec tamen efficit, sanctos esse invocandos. 93. Bellarmini argumenta contraria. 193. f. nec derogare debet honori meritoque Christi. 106. f. an valeat ad poenas inferni tollendas. XX. 243. 244 precum formulae pontificiae ad sanctos interceſſores. XVIII. 178.

INTERCESSIONES legitimae pro coetibus, ob religionem preſſis. XIV. 71. 72. 360.

INTERIMITSTÆ, ſeptem ſacramenta receperunt. IX 60.

INTERIMISTICA theologia. XII. 19.

INTERITUS damnatorum. XX. 195. f. v. infernus.

INTERMEDIUS locus bis mortuorum. XVII. 68. 71. XIX. 97. 98. animarum ſeparatarum an ſtatuendus. 178. f.

INTERPRETATIO ſacræ ſcripturæ legitima. I. 42. f. II. 421. f. X. 118. 128. petenda ex ſolo verbo Dei. I. 50. eius requiſita, oratio, meditatio, tentatio. I. 88. f. canones. II. 422. *auxilia*, ex noſtra ſententia. I. 50. f. a pontificiis propoſita. 55. f. humana cum divinis coniuncta. 60. recte adhibenda. 61. f.

INTOLERANTIA, ex ſyſtemate pontificio. XII. 218.

INVESTITURA epiſcoporum litis materia imperatores inter & Romanam ſedem. XIV. 395. * epiſcoporum pontificiorum, qua ratione fiat. XII. 138. miniſtrorum in eccleſiis noſtris. 171. 172.

INVIDIA, meditatione mortis exſtinguenda. XVIII. 249. damnatorum. XX. 218. a beatis animis exſulat. 462. 463.

INVISIBILITAS Dei. I. 118. III. 97. f. XX. 491. f. an cum ea pugnent Dei adparitiones. III. 97. b. ſpiritus ſancti. I. 367. corporum glorificatorum. XX. 439 f. 502. b 514. eccleſiæ. XI. 139. v. eccleſia.

INVOCATIONIS religioſæ cultus ſoli Deo præſtandus. XVIII. 95. f. 104. f. V. 225. f. (v. adoratio.)

INVOCATIO Dei. V. 225 255 per mediatorem. III. 394. *angelorum* haud legitima. IV. 38. 39 *ſanctorum* religioſa. diſtinguenda ab honore reverentiæ. XVIII. 89. a nuda ſanctorum compellatione & prædicatione. 93. 220. improbatur propter cultum ſoli Deo debitum. 95. f. derogat honori Chriſti mediatoris. 106. non convenit cum conditione ſanctorum. 118. f. caret requiſitis veræ, Deoque gratæ invocationis, ſc. divino mandato. 131. f. divina promiſſione. 134. probatis exemplis. 135. convenientia cum forma invocationis a Chriſto præſcripta. 136. f. certitudine de obiecto. 141. ſuperſtitionem redolet. 144. f. non communis eſt eccleſiæ utriusque teſtamenti. 149. deſtituitur conſenſu eccleſiæ primitivæ. 150. f. a Petro Gnapheo in eccleſiam introducta. 258. a pontificiis ſcriptoribus varie incruſtata. 174. & defenſa. 175. f. 183. f.

JOACHIMUS. Ab. Flor. (ſec. XIII.) II. 237. b moralem tantum perſonarum divinarum unitatem concepit. I. 217. b Arianiſmi & Tritheiſmi adcuſatus. III. 338. * eius doctrina & fata. ib. teſtimonium de Antichriſto. XI. 255. prædictio dici noviſſimi. XIX. 233. b

JOACHITÆ, a Joachimo nuncupati. I. 217.

JOBUS, teſtis immortalitatis animi. XVII. 166. & iudicii futuri. XIX. 117. reſurrectionis præco. XVIII. 298. f. ac typus. 350. an fuerit Jobabus rex. II. 106. 107. XIV. 6. * eius uxor. II. 108. encomia. 109. 110. iuſtitia. VIII. 66. fiducia bonæ cauſæ. VII. 135. 136. *liber*, an prior Moſe. II. 24. quo auctore ſcriptus. 108. qua

polleat auctoritate. 110. b an veram exhibeat historiam. 105. * eius adpendix apocrypha. 138.
JOEL propheta. II. 125.
JOHANNES, apostolus, idem presbyter dictus. II. 228. theologi nomine ornatus. 2. ob angeli cultum reprehensus. XVIII. 126. f. eius iudicium de Cerintho. I. 294. b miraculum in mortuorum resuscitatione. XIX. 93. * mors secundum veterum traditionem. XIX. 100. *
JOHANNIS evangelium. II. 191. f. quo tempore, loco, scopo conscriptum. 192. f. hæreticis, Ebioni maxime & Cerintho oppositum. 28. 192. b reliqua tria adprobat & supplet. 193. * piis veteribus magni æstimatum. 191. 192. an Valentinianis reiectum. 194. * quo sensu unicum ex mente Lutheri. ib. theologia dictum, ob adsertam Christi divinitatem. II. 194. * an collo gestandum. VI. 129. eius abusus magicus. XII. 41. initium non vitiatum. II. 199. * pericopa c. VIII. an genuina. 194. 195. *epistola* prima canonica. II. 212. 213. * *epistolæ* secunda & tertia apostolo vindicantur. II. 128 * 229.
JOHANNES Baptista. XVIII. 323. 324. præcursor Christi. IX. 113. missionem divinam non demonstravit miraculis. XII. 113. f. prophetis v. t. superior. XII. 20 21. quo sensu se neget esse prophetam. ib. ministerium docendi in n. t. inchoavit. 41. 42. minister ipse novi testamenti, non propheta veteris. XV. 285 Herodem reprehendit. ib. poenitentiæ integræ præco. VI. 219 XIV. 246. 247. Christi meritum docuit. IX. 104. in Christum baptizavit. 105. eius auctoritas. XIV. 246. *baptismus*. IX. 82. 86. 115 214. divinitus institutus. 84. f. 103. 114. ad n. t. pertinet. 85. 114. idem cum baptismo Christi & apostolorum. 102. f. contraria Bellarmini sententia. IX. 107. f. 112.

JOHANNES, presbyter, quis fuerit. II. 228. *
JOHANNES, sanctus. XVIII. 71. b 177.
JOHANNES, ep. Antiochenus, sec. V. Nestorii defensor. IV. 26. *
JOHANNIS constantiensis episc. mors subitanea. XII. 154. b
JOHANNIS, Regiomont. versus de fine mundi. XIX. 235.
JOHANNIS Frid. el. Sax. fortuna. XII. 163. b 165.
de *JOHANNÆ*, papissæ, fabula diversæ sententiæ. XI. 310. 311. *
JOHANNES IX. p. R. sec. IX. Stephani decreta rescidit. XI. 253. b
JOHANNES XII. p. R. (sec. X.) XII. 71. 73.
JOHANNES XIII. p. R. (sec. X.) XII. 151. b an campanarum baptismum instituerit. IX. 206. *
JOHANNES XXII. p. R. (sec. XIV.) XII. 73. b publice vocatur Antichristus. XI. 256. primatu exauctoratus. XI. 306. 307. * eius doctrina de statu animorum post mortem. XVIII. 22. f. a nonnullis excusatur. 23.
JOHANNES XXIII. p. R. (sec XV.) XII. 71. * vitam futuram negavit. XII. 13. XVII. 163. XVIII. 363. XX. 330.
JOIADÆ factum heroicum. XIII. 139.
JONAS, propheta, typus resurrectionis. XVIII. 351. eius patria, legatio, historia II. 127. *
Justus *JONAS*, de coniugio sacerdotum. XIII. 161. 162.
JONATHANIS paraphrasis in pentateuchum. I. 38. * II. 391. * in prophetas. I. 38. b
JORDANIS flumen. IX. 130. 131.
JOSABA, Joiadæ sacerdotis uxor. XVI. 50. b
JOSAPHAT vallis. XIX. 225. b an sit locus extremi iudicii? neg. XIX. 223. f.
JOSAPHATI foedus cum Achabo. XIV. 12. 15. cura circa sacra. 29. pietas in bello. 291. 292.
JOSEPHUS, patriarcha, Dei voluntate ven-

venditus. IV. 113. eius ſtudium in ſacerdotes Aegyptiacos. XIV. 338. ſpes reſurrectionis. XVIII. 349. oſſium translatio. XVII. 123. 124.
JOSEPHUS, Mariæ ſponſus, quomodo Mariam dimittere voluerit. XV. 117. *
JOSEPHUS Arimathæus, Britannorum apoſtolus falſo perhibetur. XII. 240. *
JOSEPHUS patriarcha conſtant. I. 339. *
R. *JOSEPH* Jacchiades. II. 124. *
Flav. *JOSEPHI* recenſio librorum v. t. II. 54. teſtimonium de Chriſto I. 8. 9. * de Jacobo minore. II. 226. * de arbore ſcientiæ boni & mali. IV. 278. de ſerpente ſeductore 295. de Melchiſedeci oblatione. XII. 177. b de legislatione ſinaitica. V. 232. de Moſis tranſitu in alteram vitam. XIX. 100. * de ritu iurandi apud Ebræos. V. 307. * de lege repudii. XVI. 269. de regno Danielis quarto. XIII. 322. * de Eſſæis. V. 302. *
JOSIAS Rex. V. 374. ſacrorum ſtudioſus. XIV. 29. oſſa prophetæ erui vetat. XVII. 168. 125. patriæ calamitatum ob mortem maturam expers. XVIII. 40. 41.
JOSSELINUS, ep. Sueſſ. de Gilberto Porretano. III. 338. *
JOSUA. V. 375. typus Chriſti. IX. 79. eius *liber*. II. 95. * auctoris incerti. ib. ſtratagema. XIV. 296. b
JOVINIANI, imp. tolerantia. XIV. 57.
JOVINIANUS monachus Mediol. ſec. IV. Mariæ virginitati contradixit. IV. 71. b præmiorum poenarumque gradus in vita futura ſuſtulit. XX. 58. 256. eius hæreſis. IV. 71. * XI. 345. 346. XVI. 26. proteſtantibus falſo attributa. XI. 345.
JOVINIANISTÆ. XX. 256. b
IRA prohibita. V. 327. VI. 155. XIV. 266. b coercenda mortis cogitatione XVIII. 249.
IRA Dei. I. 143. III. 176. b VII. 48. XVII. 277. XX. 178. an conveniat cum iuſtitia divina III. 176. cauſa mortis, peccati poenæ. XVII. 36. damnationis impiorum. XX. 188. ſ. 199.

IRENÆUS, Lugd. ſec. II. chiliaſticas fovit opiniones. XX. 98. etymologiam nominis Jeſu perperam tradit. III. 348. b an unionem cum pontifice Rom. neceſſariam duxerit. XII. 6. tranſubſtantiationis teſtis falſo adhibetur. X. 222. * 247. nec pſychopannychiam, nec purgatorium confirmat. XVIII. 18. an defunctorum faveat invocationi. XVIII. 219. an vehiculum animæ perpetuum ſtatuerit. 271. * eius ſent. (v patres.) de evangelio Matthæi ebræo. II 187. * de pædobaptiſmo. IX. 247. * de præſentia reali corporis & ſanguinis Chriſti in ſ. coena. X. 174. * de evchariſtia ad peregrinos delata. 327. de mixto calice. 39. * de ſucceſſione epiſcoporum Rom. XI. 301. de ſtatu animarum poſt mortem. XVIII. 2.
IRENE, imperatrix iconodula. XI. 353. *
IRENICA conſilia, (v. concordia) Lutheranos inter ac reformatos. IV. 48. ſ. gallos inter & Anglos. XII. 227. ſ. X. 182. *
IRENICI articuli, a card. de Noailles confecti. VI. 365.
IRIS, imago conflagrationis mundi. XIX. 140.
IRREGENITI, an peccato in ſpiritum ſ. obſtricti. V. 83. * eorum opera. 196. ſ.
ISAACI nativitas & ſervatio, imago reſurrectionis. XVIII. 348. 349.
Joh. *ISAACUS*, pr. colon. integritatem v. t. defendit II. 261. b
Ἰσαγγελοτης. XIX. 37. 38. XX. 415. 416. 470. 486
Jac. Chr. *ISELIUS*. II. 245. *
ISELII ſacrificuli Rotenb. fraus circa reliquias XVII. 119.
ISIDORUS Hiſpalenſis ſec. VI. II. 70. 236. * de loco inferni. XX. 268. b
ISIDORUS peluſiota, ſec. V. de voce eccleſiæ. XI. 7.
ISIDORUS, Ruſſiæ præſul. ſec. XV. I. 339. *
ISLANDIÆ eccleſia. XI. 277. b vino evchariſtico utitur. X. 115.

Josephus de *L'ISLE*, confutatus. XIV. 258. *
ISRAELITÆ. (v. Judæi) eorum domus in Aegypto, ecclesiæ imago. XI. 28. tribus iuxta montem Garizim & Hebal. XIX. 200. b idololatria. V. 28. b. liberatio e servitute Aegypti. III. 300. transitus per mare rubrum, typus baptismi. IX. 70. 78. bella. XIV. 240. 241. bellum cum Sihone. 289. cur iis foedera cum Cananitis interdicta fuerint. XIV. 11. 13.
ISRAELITICA ecclesia, cur synagoga appelletur. XI. 4. 5. quo sensu dici possit universalis. XI. 113. b eius regimen. XIV. 398. membra triplicis generis, Judæi, proselyti, religiosi. XI. 45. defectio per μοχλαρειαν. XI. 111. 112. 125. b. *status* tempore Judicum. 126. b Eliæ. 115. sub regibus Judæ. 115. s. 125. post reditum ex Babylone. 126. Christi temporibus. XI. 101. 102. 126. s. 258. prophetarum de eo querelæ. 116. eius conservatio. 258. discrimen a Romana. 102. auctoritas in iudicio de libris canonicis v. t. I. 4. II. 57. s. XVII. 268. deest apocryphis. II. 59. s.
ISRAELITICÆ politiæ status olim corruptus. XI. 115. 116. divinitus constitutæ, causæ. VI. 3. destructio. 95.
ISR. regni initium. XIII. 259. 260.
ISRAELITICORUM principum, genera tria. XIII. 316. *regum* cura circa sacra. XIV. 30. electio. XIII. 284. 289. successio. 285.
ISSEDONUM funera. XVII. 83. b
ITALORUM luxus in sepulturis XVII. 55.
Will. *ITCHENER*, scr. Anglus. II. 119. *
Thomas *ITTIGIUS*, laud. II. 137. 189. 197. 226. 246. *
JUBILÆUS annus papalis. VI. 334.
JUDÆI, (v. Hebræi. Israelitæ.) *veteres*, ante Christi tempora, cur & quo sensu Aegptiis fuerint abominationi. XIV. 15. * textus v. t. custodes. II. 253. s. 272. depravati immerito adcusantur. 261. s. 282 eorum academiæ & scholæ. II. 86. * doctores. V. 71. * sectæ. XI. 360. s. traditiones. II. 327. ritus nonnulli in ecclesiam Rom. translati. XI. 360. politia & leges. VI. 3. s. v. lex. poenæ. VI. 89. * numi, samaritici literis notati. II. 89. tributa. XIV. 322. ritus nuptiales. XV. 459. XIX. 343. choreæ. XV. 468. 470. sponsæ. 159. arrhæ in sponsalibus. 152. regulæ de officiis mariti in uxorem. 450. polygamia. XIII. 210. s. XV. 224. divortia. XVI. 168. 169. an in v. t. concessa maioris mali evitandi causa. ib. limitata. 170. 171. repudium non relictum privatæ auctoritati. 269. testimonia de Trinitate. III. 325. * de multitudinis significatione in voce Elohim. I. 101. exspectatio Messiæ, præstandæque per ipsum expiationis. IV. 106. b fides & religio. (v. testamentum vetus.) perversa quorundam de Messia opinio. IV. 5. 6. de gradibus & remissione peccatorum. XVII. 295. *
JUDÆI recentiores, post Christi ætatem. (v. Rabbini) legum Mosis ceremonialium & forensium perpetuitatem iurgent. VI. 81. s. 96. IX. 28. Jesum Nazarenum repudiant. IV. 5. 6. ab expiatione. peccatorum per Christum facta abhorrent. IV. 106 107. *Messiæ* officium sacerdotale negant. ib. duplicem fingunt Messiam, Josephi alterum, alterum Davidis filium. IV. 6. *futurum*. Messiæ adventum exspectant. IV. 5. 6. eumque duplicem. XIX. 300. Messiam regem faciunt terrestrem. IV. 5. de eius officio perverse sentiunt. III. 582. IV. 106. Deum loco cuidam adstringere adcusantur. III. 125. bonorum operum meritum defendunt. IV. 4. * Mosaicam graduum prohibitorum definitionem limitant. XV. 268. cælibatum improbant. XVI. 5. purgationem post mortem comminiscuntur. XVII. 259. impiorum resurrectionem negant. XIX. 62. 63. mundum dicunt incorruptibilem. XX. 29. poenarum infernalium intermissionem docent. XX. 224. vitæ æternæ gaudia in voluptatibus corporis collocant. 505.

alii præsentia tantum præmia exspectant. 230. chiliasticis somniis delectati, 96. b regnum suum in terris restitutum iri sperant. XIII. 399. resurrectionem in terra Canaan futuram, XIX. 73. signa iudicii parum verisimilia. 276. Eliam rediturum, 282. iudicium in valle Josaphat instituendum fabulantur. 223. b de fine mundi varias proferunt prophetias atque coniecturas. 220. f. 232. eorum contumacia. IV. 119. convitia & odium in Jesum Christum fidemque christianam. IV. 72. b XIV. 83. 84. 348. 350 b iuramenta & periuria V. 307. * XIV. 89. 90. usuræ. XIV 84 89. odium in porcum. VI 65. 66. * ritus nuptiales. XV. 461. bacchici. VI. 55. * polygamia, legibus imperii prohibita. 213. quando desierit. 214. mos sepeliendi. XVII. 90. 91. officia degentium inter christianos. XIV. 89. dispersio VI. 78 * προθυμια, Caii imp. mandato opposita laudatur. XIV. 361. *conversio* prædicta. XIV. 85. an universalis exspectanda ante diem novissimum? XIX. 289. f. adfirmantis sententiæ patroni & argumenta. ib. negantis defensores. 292. f. veteris ecclesiæ animus erga Judæos. XIV. 85 * 87. antiqua de iis statuta. 86. an in re publica *tolerandi*. 83. f. scriptores hac de re. ib. argumenta in utramque partem. ib. cautelæ in tolerantia Judæorum observandæ. 87. f. commoda exinde resultantia. 86. cur mitius tractandi. 214. christianis non iungendi matrimonio. XV. 373. ad baptismum non vi compellendi. IX. 218. an a civili poena propter baptismum absolvendi. 173. 174. an liberi parentibus invitis baptizandi. 251. veterator quidam, baptismum iterata vice petens. 294. an ante diem novissimum in terram Canaan reducendi? XIX. 285. f. opinionis istius iudaicæ origo & absurditas. 287. 288.

Leo *JUDÆ*, II. 415. *

JUDÆ, apostoli, epistola genuina. II. 230. f. *

JUDAS Maccabæus. II. 177. b eius sacrificium pro mortuis. X. 458. 459. XVII. 266. f. 270. f. II. 179. visio. XVIII. 195. 196.

JUDAS proditor. VIII. 185. sacræ coenæ particeps. X. 393. eius poenitentia. VI. 251.

JUDICIS civilis requisita. XIV. 147. f. vitia ei vitanda. ib. iuramentum in constitutione Justiniani. 148. officium, utramque partem audiendi. 149. prudentia, secundum leges sententiam ferendi. 151. an secundum acta & probata, an vero secundum conscientiam iudicandum sit. 152. f. conttoversia hac de re, & partis utriusque argumenta. ib.

JUDICES excæcati. XIV. 148 b

JUDICES in politia iudæorum. V. 73.

JUDICUM libri contenta. I. 96. 97. coniecturæ de eius auctore. 96. *

JUDEX controversiarum theologicarum principalis & ministerialis. II. 348. f.

JUDEX omnium *extremo die*, Deus trinus. XIX. 154. I. 268. κατ' οἰκονομιαν Christus θεανθρωπος. I. 268. f. 354. XIX. 125. 156. f. idem etiam secundum humanam naturam. III. 505. 522. XXI. 158. f. 166. f. gloriose adparaturus. XIX. 168. f. 270. 302. eius virtutes. 163. f. 302. 303.

JUDICIUM, unde dictum. XIX. 107. accipitur εἰδικως, γενικως, διδακτικως, & δικαστικως. 109. 110. interdum pro misero damnatorum statu. XX. 199. *conscientiæ*, quomodo discrepet a novissimo. XIX. 299. b *Dei*, cum igne comparatum. XVII. 303. f. respectu hominum est vel particulare, vel universale. XIX. 107. b eius varia genera. 108. 109. particularia, quomodo differant ab extremo. 107. 138. 298. adversus angelos malos. 138. 297. in protoplastos. 298.

JUDICIA & statuta in v. t. XV. 283. v. lex.

JUDICIA civilia ad magistratum pertinent. XIV. 134. f. ab anabaptistis & Socinianis impugnantur. 138. f. eorum utilitas ac necessitas. 136. 137. abusus vitiosi. 138. exercendorum recta ratio. 146. potestas a Deo magistratui data. XIII. 250.

JUDICIUM in causis *matrimonialibus* discretivum & coactivum. XVI. 270.

JUDICIORUM ecclesiasticorum & politicorum discrimen ab extremo. XIX. 298. 299.

JUDICIUM EXTREMUM. (v. ind. gen. Loc. XXIX.) doctrinæ de eo momentum. XIX. 106. *vocis* significatio & vis. 107. f. 110. synonyma. 111. eius *certitudo.* 105. 114. f. probata ex v. t. 125. f. ex n. t. 132. f. ex iudiciis divinis particularibus. 138. f. ex aliis rationibus. 144. *typi* & parabolæ. 140. f. *causa* efficiens. XIX. 154. f. (v. supra) impulsiva. 171. XVIII. 29. instrumentalis, angeli & homines pii XIX. 171. 172. f. universalitas, 105. 182. f. 198. *obiectum personale*, angeli mali. 179. f. homines omnes. 182. f. speciatim Antichristus. 174. 185. antithesis. 185. præcipue pontificiorum. 187. f. an etiam creaturæ rationis expertes iudicandæ sint. 187. 177. *obiectum reale.* 190. f. non de operibus saltim, sed primario de fide sententiam ferendam esse, ostenditur contra pontif. 193. f. *forma*, solemnis institutio & administratio, 197. f. 201. quo pertinet, causæ cognitio. 201. 202. sententiæ promulgatio. 203. f. exsecutio. 206. an peccata *piorum* æque ac impiorum in iudicio sint publicanda? neg. 208. f. an iudicium per aliquot dies protrahendum. 214. an sententia voce audibili proferenda. ib. eius *norma*, verbum Christi. 217. f. finis & effectus. 220. 221. *adiuncta*, locus. 222. tempus, vana curiositate haud disquirendum. 226. f. propinquitas. 241. 171. b *signa*, antecedentia, eaque remota. 245. f. propinqua & propria. 256. f. utrum proprie an tropice intelligenda. 262. f. quædam falso & temere prodita. 276. f. *ordo* in novissimis. XVII. 9. connexio cum resurrectione. XIX. 146. 147. an mundi conflagrationem sit antecessurum. XVII. 9. f. adf. excludit ignem purgatorium. XVII. 242. consequentia. XIX. 294. cognata. 297. f. pugnantia. 299. definitio. 319. quatenus piis sit timendum. 318. 151. *usus* loci theoreticus & practicus. 300. f. pia meditatio. 322. 323. diligens memoria commendatur. 301. f. ecclesiæ de eo symbola & consensus. 149. veterum sententiæ. 320. 321. adversariorum sectæ & antithesis. XIX. 149. 152. f.

JUDITHÆ res quo tempore contigisse tradantur II. 145. 146. * *liber*, in fontibus ebræis non invenitur. 145. non veram enarrat historiam. 145. f. cum fidei analogia haud undiquaque congruit. 149. 150. ad canonem non pertinet. 150. frustra pro illo provocatur ad patres quosdam & synodum nicænam. II. 150. f.

Jo. *JUELLI*, ep. Angl. lis cum Th. Hardo de virtute consecrationis episcopalis. XII. 225. *

Casp. *JVENIN*, comment. de sacramentis. VI. 361. *

JULIA lex, de bello non privatim faciendo. XIV. 276.

JULIANA, virgo Leodiensis. X. 344. *

JULIANI, pelagiani concertatio cum Augustina. V. 15. *

JULIANUS, ep. Halicarn. sec. VI. incorrupticolarum antesignanus. IV. 32. b 117. eius adsectæ, Julianistæ ib.

JULIANUS, diac. Hildephons. sec. VII. Mariam occultam adhuc in terris vivere perhibuit. XIX. 101. *

JULIANUS, imp de historia lapsus. IV. 295. de Joanne evang. II. 194. * ortum Christi ex prosapia Davidis negat. IV. 96. b.

JULIUS II. p. R. (sec. XVI.) XII. 73. XIV. 280.

JUNILIUS Afric. sec VI. de libris biblicis. II. 71. 210. * de Jobi historia. 105. * de libro Judith. 152.
Franc. *JUNIUS*, laud. I. 222. 416. *
JURAMENTUM (*JURARE*) sacramentum adpellatur. VIII. 302. * an licitum sit. V. 302. s. *legitimum*, virtus est secundi præcepti. 303. eius comites, veritas, iudicium & iustitia. XV. 146. de iuramentis, præceptum Christi. VI. 154. s. eorum differentia. I. 274. b species variæ. V. 304. licita ab illicitis distinguenda 303. 304. quænam servanda. 309. iurandi formulæ variæ. 305. 306. * ceremoniæ in iuramentis adhibitæ. 307. * iuramenta ebræorum. ib. religiosa per Deum. I. 274. b per nomen Christi legitima. 277. * divinitatem Christi comprobant. ib. an iurare liceat per creaturas. V. 305. * iuramentum per genium imperatoris. ib. latroni præstitum an obliget. V. 310. * *fidelitatis*, an a magistratu imponi possit ecclesiæ ministris. XIV. 344. *religionis* an exigi possit. XIV. 70. 71. in *sponsalibus* illegitimis, nullum. XV. 146. s. *purgatorium*, in causis matrimonialibus caute imponendum. 143. formula patribus Tridentinis proposita. XIV. 62. iuramentorum exempla V. 302. oppugnatores. ib. *
JURAMENTUM Dei. XX. 21. b de salute peccatorum. IV. 166. eius stabilitas. VII. 105.
Petr. *JURIÆUS*, de urim & Thummim II. 22. * de mysterio Trinitatis, hominibus primævis cognito. III. 220. * de decretis divinis. IV. 164. * eius controversia cum Nicolio. XII. 203. *
JURISDICTIO episcopalis. XII. 116.
JURIS PROFESSIO academica, quando instituta. XII. 142.
JURIS CONSULTORUM testimonia adversus temporalem pontificis Rom. potestatem. XIII. 19. 131. s. XII. 23. statuta. v. ius civile. speciatim in causis matrimonialibus, XV. 129. s. 138.

XVI. 284. & passim. de poena paternorum delictorum in liberis. I. 145.
JURIS obiecta, personæ, res, actiones. XIV. 83. variæ species. VII. 333.
JUS naturale, gentium, civile. V. 221.
JUS divinum, quid sit ex sententia Bellarmini. XIV. 338
JURIS divini & humani communicatio inter coniuges. XV. 391.
JUS fori & poli. XVI. 179. b
JUS gentium in bello observandum. XIV. 293.
JUS particulare politiæ iudaicæ a communi distinguendum. XIV. 79.
JUS episcopale. XII. 115. XIV. 400. s.
JUS patronatus. XI. 117. 118. collatum cum iure episcopali. ib. eius exercitium in ecclesiis reformatis defenditur. 121. 122.
JUS matrimoniale. XV. 140. 141. * scriptores protestantes de eo. ib.
JUS naturæ, aliud primarium aliud secundarium. XV. 209. b eius tres gradus ex mente Bellarmini. XIV. 341. quid exigat circa census annuos. XIV. 117. b an faveat exemtioni clericorum. 341. s. an ius venandi solis principibus tribuat. 309. s. an poenas hæreticorum exposcat. 238. bella legitima comprobat. 251. consensum parentum in liberorum nuptiis requirit. XV, 76. contraria Grotii & Pufendorfii sententia. XVI. 284. s. repugnat polygamiæ XV. 208. & incestuosis nuptiis. 289. 290.
JURIS canonici decreta sibi invicem contraria. XII. 13. 14. antiqui usus. XVI. 207. b *statuta* de legum promulgatione. XIV. 81. de sacra scriptura. II. 354. de confessione peccatorum. VI. 280. de sacramentis. VIII. 205. de baptismate in vino. IX. 127. * de exorcismo in baptismate. 311. b de communione sub utraque. X. 76. de vi consuetudinis ecclesiasticæ. X. 336. de asylis. XIV. 96. 98. de usuris. 99. 119. de bello ob negatum transitum. 289. b. de disputationibus circa religionem. 48. 49. de Judæis tolerandis. 87. 89. 214. de non inferenda vi ad credendum 214. de suppliciis adversus

Ju

